



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Nitores.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

nam Theseus oleæ ramum fertis coronatum vocit Apollini, si Minotauro interfecto incolumis rediisset. Hinc *ὁ χρὸς οἴλου, πρὸς τὴν κομμωτικὴν.*

MANSUETUDO. CAP. VIII

Nam motum aut percussum non strepit, late diffunditur non, luctatur cum igni sero succedit, molli plurimum ac lenit, cor pus tepescit, & contra algores manit. Deorum simulacra cur ex Olea. Geor. lib. 2.

QUANTUM autem pertinet ad mansuetudinem, sunt qui illius ergo Deorum simulacra fabricari ex olea contendant, quasi benignitatem illam, qua superi sunt præcipue præditi, ita ad unquam referre videatur. Hinc apud Herodotum Terpsichore, orta in Epidauris sterilitate, consultum ab oraculo respondit, Damia & Auxesia simulacra ex olea erigenda. Non immerito ita quasi oleæ stirps apud Milesios tunc sponte sua conflasse dicitur, cum illi inter se omne crudelitatis & immanitatis genus truculentim exercuissent. Ajunt vero oleo contra furorẽ tantam molle vim, ut effusum in perturbatos vesanientis maris fluctus, tempestatem efficacissime tranquillet. Hinc Joannes Synæ monachus: *Vclut uter oleo repletus suadum rabiem in serenitate tranquillitatem commutabat.*

ÆTERNITAS. CAP. IX.

ALIT, qui ligni naturam & soliditatem exploratam habebant, æternitatis ratione habita id fieri crediderunt, ea siquidem materies æterna est, quam neq; tempestas, neq; caries, neq; vetustas labefactat. Eadem non in muro tantum obstrusa, sed & in substructionibus & in terra obruta, & in aqua defixa, collocatave, sempiterno propemodum officio perseverat incorrupta. Cumque Maro dicat solu mignem inimicissimum oleæ, quo si comprehensa sem. Ifuerit, non à stirpe valere, non cessam reverti posse, atque *in a simlem revirescere terra*, illud Athenis admiratione dignum olim evenit, quod eo tempore quo urbis Medorum incendio conflavit, simul arsit olea, qua de lis illa inter Palladem & Neptunum orta fingitur: sed eandem ajunt eodem die in duorum cubitorum manirram exrevisse: author Pausanias, à quo non nihil diversus abiit Herodotus, Urania. Atque hoc illud est, quod libro de Legibus ait Tullius: *Nisi forte Athenæ tua sempiternam in arce oleam tunc potuerunt.*

GYMNASIUM. CAP. X.

Meminit Plin. lib. 13. c. 4. Epaminondas olocus per ligant. Vt Aristophanis & Clautus. Nimirum Cicero in 1. 2. de Oratore. Epicharmi dictum. Sed ex olea coronis Romæ turma equitum. Idibus Iulii in Gminoribus.

CORPORIS autem exercitationes, & gymnasii labores, per oleum significatipsum invenies, quamquam non sum necius Anacharsin Scytham oleum concitandæ insanæ pharmacum appellasse, quod Athletæ eo peruncti magis ac magis insanirent: putabat enim, aut putare se fingebat, eam oleo inesse vim, ut eo qui delibutus esset, inde ad certandi furorẽ concitaretur. Sed hæc est Philosophus Anacharsis, qui tecto g. uder. t & umbra, quiq; olei usum apud Scythas fuit nullum esse videbat. Contra vero Epaminondas permoleste tulisse fertur multum olei se intra corpus recepisse, cum ejus coquus impensarum redderet rationem: *Maluisse enim, inquit, et extra consumpsisse, ut compe ad exercitationes alludens. Idem apud Horatium significatum, ubi libro Carminum primo, Sybarum dicit amore perditum deliquescere: quærit enim curis olivum sanguine viperino cautias vitæ. At Artis Catulli gossitambico ait:*

Ego gymnasiolo, ego eram decus olei.

Neque quidem ad corpus tantum, verum ad mentis etiam labores & exercitationes propter vigilias & lucubrationes refertur: unde dictum de studio sissimis nonnullis, plus olei quam vini eos insumpsisse. Et ad alicujus veteris & præclari viri lucernam aliquid elucubraturum, cum ejus imitationem exprimere voluerint.

NITORES. CAP. XI.

Quos vero *ἀνοδὸς* vel Marci nostri, vel alterius cujuscumque celebrati videmus, inde nitores quosdam, & in persa lucubrationibus fulgura quædam intelligenda, quæ splendidiorem orationem reddant. Id à balnearum usu sunt qui de promptum putent, quod lecythi usus eo potissimum loco inserviat, in quo oleum ad hujusmodi nitores & elegantias comparatum, infusum sit. Qui vero ad lucubrationes & vigilias rem deducunt, eas ajunt, meditationi maxime commodas, & ad excogitandum propter silentium aptissimas. Epicharmi enim dictum est, si quid scitu dignum quæras, nocte meditando: *ὅταν ἴδῃς δὲ δὴ τὴν τοῦ σφῆρος γίγνεται.*

VICTO-